Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ystoria Troiana - Cod. Aug. pap. 37

Guido <de Columnis>

[Reichenau], [14. Jahrh.]

Liber XXI

urn:nbn:de:bsz:31-73096

Visual Library

quem Troilus festinanter ascendit. Sed Troilus tunc festinantius Achilles invadit, quem Troilus in sua virtute suscepit et violenter irruit in Achillem, sic quod Achillem ab equo deiecit et ipsum graviter vulneravit. Achilles autem tunc in suo corde cum percipit stupefactus non curans de tanti ictus letifera lesione cum magna celeritate surrexit, equum conatur ascendere. Sed Troianorum multitudo ei resistit. Sed Hector in locum illum accessit, ut scripsit Dares fere tunc Hector mille milites interfecit. Qui Achillem defendere conabantur. Ad quod Achilles sic graviter fuit oppressus, quod sibi multa sanguinis effusione laxato, vix erat defendendi facultas, qui tunc captus indubitabiliter extitisset, nisi Thelamon, qui dux Athenarum celeriter accurrisset. Qui Achillem equum ascendere cum multo labore fecerit. Superveniente igitur noctis crepusculo non fuit amplius protractum, quod utraque pars bellancium bello ipso dimisso in sua presidia se recepit. Per triginta autem dies continuos acriter fuit pugnatum, propter quod ex utraque parte multi fuerunt occisi et plures [illegible]. De filiis Regis Priami naturalibus infra dies illos sex interfecti fuerunt, quos Hector itidem in fine vulneravit. Quare Rex Priamus Regi Agamenoni nuncios suos mittit, sex mensium petit indutias, que sibi concesse fuerunt. Treuga firmata.

Liber xxj in quo agitur de octavo bello et de morte Hectoris per Achillem proditorie interfecti.

Firmatis igitur sex mensibus dictis indutiis infra hos Hector sibi de vulneribus suis medetur iacens tunc in aula pulchritudinis nobilis Ylion de cuius mirabilibus scripsit Dares. (No. de mirabilibus Ylion.) Dixit enim eam fuisse totaliter institutam de xij lapidibus alabastri cuius quidem ampla erat longitudinis spacium fere xx cubitis. Pavimentum fuisse dixit ex cristallo firmatum et parietes eius partim incrustatos ex diversis lapidibus preciosis, in cuius quatuor angulis columpne quatuor de ebore erant extense per circuitum affixe. Sic erant eidem generis capitella sicut et bases ipsarum. In summitate vero columpnarum ipsarum erant de auro iiij ymagines collocate mirabili arte mathematica instructe, de quibus Dares quedam asserendo multa describit que magis miraculum habent in animi scriptura quam certitudinem veritatis. Hec dictus Dares fuit professus causam fuisse quod ideo de eis obmissum est in hac parte. Interim Rex Priamus naturales filios suos mortuos fecit inter alios fratres eorum honorifice sepeliri, set eorum cuilibet semota sepultura nimium preciosa. Dyomedes qui totus erat in amore Briseyde calescens quod faciat ignorat quia eius animus ut moris est amatorum desideranciam amarities eorum quas habere non possunt diversis fundentur totus in

cartis cibo et potu male nescia desiderat
et cum vigiliis continuis maceretur in solacium
sui doloris saepius mater eius Briseidam accedit.
et eam supplex orat ut sibi consentiat in
multitudine lacrimarum. sed illa que multum
vigebat sagacitatis astucia spem Dyo
medi sagacibus machinacionibus differre
curavit ut ipsum afflictum amoris incendio
magis affligat et crescentis amoris vehe
mentia in maioris ardoris augmentum
extollat. Unde sua calliditate se nolle
quelle in aspectu eius fiducia conatur
ponere Dyomeden. Elapsis igitur mensibus
sex datis ad treugam .xij. diebus sequen
tibus continue fuit pugnatum infra quos
multi de nobilioribus utriusque partis inter
fecti fuerunt. Sed tunc fervenctis estatis
nimio invalescente calore magna mor
talitas grecos invasit degentes in castris.
Quare Agamenon a Priamo per treu
gam .xxx. dierum inducias postulavit.
quas Rex Priamus concessit eidem. Elap
sis vero .xxx. diebus predictis utraque pars
paratur ad bellum. Verum ea nocte qua erat
primus dies belli futurus post predictas de
cursas inducias Andromaca uxor
Hectoris de qua Hector susceperat duos
filios unum nomine Laumedontam alium
nomine Astionatem qui minor adhuc

Nota malicia mulieris

xij diebus continue pugnatum.

petit Agamenon a Priamo treugam xxx dierum

Uxor Andromaca Hectoris.

filii Hectoris bini quorum vocabatur unus Laumedonta et alter Astionatem.

primo ad materna ubera dependebat. de predicto Hec
tore vidit in sompnis terribilem visionem quod si
Hector eo die egrederetur ad bellum evadere
non poterit quin interficeretur in ipso bello. Androma
cha igitur ex tali visione perterrita fluminales pro
rupit in lacrimas. Causa est eadem nocte in lecto
ubi iacebat cum Hectore sibi illam pandere
visionem. Prosequitur itaque precibus ipsum deserviat
in lacrimis ut sensum visionis attendat quod ad
prelium ire non presumat illa die. Hector vero
ad uxoris verba nimium indignatur uxorem
increpat et eam in multa acerbitate castigat.
asserens non esse sapientis vanitatibus credere
sompniorum que sompniantes illudunt. Mane autem
facto diluculo Andromaca regi Priamo
narrat et pandit seriatim ordinem visionis huius
rogans eum ut Hectorem eo die ad bellum
aliquatenus exire non permittat. Mane igitur
facto aciebus Troianorum omnibus per Hectorem ordi
natis. Troilus ad bellum primus egreditur.
deinde Paris deinde Eneas subsequenter
Polidamas. deinde Rex Sarpedon. deinde
Rex Epistropus. deinde Rex Eroys. Item
Rex Forcus. Item Rex Philimenis. deinde
ceteri reges qui in Troie subsidium advenerant.
Rex autem Priamus omnibus predictis Regibus et aciebus
eorum licenciam tribuit ad plenum exeundi. Cum
iam greci exivissent a castris ad bellum Hectori
mandatur expresse ut eo die non deberet se

Visio Andromace uxoris Hectoris

prelio immiscere. Hector non contra precepta exarsit in iram
propter quod milites in iniurias et exprobationes uxorii
sue dixit. pro qua ad lubricationem eius prosensit esse
tractatum ne ad bellum exiret, tum mandato patris
omisso arma petit, a famulis cum festinanter s-
tinduit armatus exiens. Sed cum hec uidit An-
dromaca eius uxor multo dolore commota cum
paruulo filio suo quem gerebat in brachiis
cum multitudine lacrimarum se eius prosternit ad pe-
des et multiplicatis singultibus pre dolore humili-
ter supplicat ut arma ipsa deponat. Et dum
Hector acquiescere denegat. Andromaca
sepius intermouetur ante pedes ipsius dicens: Si mei
denegas misereri, miserearis saltem huius paruuli
nati tui, ne mater ipsius et filius tuus ipsi ama-
ra morte depereant aut protinus exules
paupertate nimia in maxima uerecundia
deprimantur. Regina autem Hecuba mater ipsius
et Cassandra et Polixena sorores eiusdem
et Helena prostrate ante pedes eius in lacrimis
ipsum rogant ut depositis ipsis armis tutus
in sua regia conquiescat. At ille cum non mo-
ueretur ad lacrimas nec ad preces, ad armatus
ergo a palacio suo descendit, equum ascendit
dum ne ad bellum intendit omnino festinus. Sed dum
Andromaca fere ex multo dolore uelut mente
capta ad Regem Priamum scissis uestibus lacri-
mis genis et sparsis sine lege capillis exclamans
accessit. Sic enim faciem suam unguibus lacerat

sanguine undique diffluente, quod uix agnosci
poterat a nouis suis. Et se ante regis pedes
in misero dolore prosternens ipsum monet et lacri-
mose precatur ut ad Hectorem festinus accelerat
et ipsum ad palacium reuocet et reducat antequam
immisceri se bello contingat. Rex igitur Priamus
nulla mora protracta equum ascendit, festinus
insequitur, qui antequam se plurimum elongasset peruenit
ad eum, et eius equi habena uelud invito
animo intercepta Hectorem monet et rogat in
lacrimis et per numina deorum ipsum adiurat ut
reddeat, quatenus non procedat. Qui demum
in multa contradiccione iussum patris obtemperans
reddit inuitus et in palacium suum ascendit, nec
tamen arma quibus erat inductus deponere pro-
curauit. Bellum interim letale committitur.
Diomedes et Troilus bello conueniunt
ambo in equorum eorum cursibus se grauiter impetunt
in duris ictibus lancearum et indubitanter
tunc alter alterum peremisset nisi quod Menelaus
cum sua acie peruenit ad illos, qui certamen
amborum inuicem separant. Menelaus autem
in Regem Misenum, Regem Frisie, irruit quem
prostratum deiecit ab equo. Greci uero Regem
Misenum ceperunt et captum asportare nituntur
ni tunc uelociter occurisset Eneas qui in
suis uiribus et sue potencia aciei Regem Fri-
sie ducere captum uiriliter impedivit.
Greci uero uidentes quod ipsum captum ducere

nō potrant ꝓposuerit incidere sibi capud.
Sȝ tunc superuenit ille fortissim⁹ Troilus q
militis tunc p̄eu⁹ int̄fectis ex grācias ipm̄ ab
eoꝝ manibꝫ liberauit. Tunc Thelamonius
Aiax cū tribꝫ milibꝫ pugnanciu; bellū itera
uit ī polidamaz irruit ipm̄ ꝓstrauit
ab equo. Sȝ Troilus festin⁹ occurrit qui
polidamā equū suū fecit ascendere multo
labore depssum. Tunc paris bellū; iterauit
q excepte grecoꝝ Achilles qui cū suis sic po
tent⁹ irruit mirmidones q p̄ g̃ra uirtute Achil
lis Troianos reuertunt in fugaȝ q dare
terga Troiani sūt coacti. q in Ciuitatē
se recipe festinabāt Interim dū margariton
vnū ex filijs naturalibꝫ Regis priami interpe
conat⁹ Achilles dū ille sibi uiriliter insi
tisset Achilles int̄fecit eūdē; Tunc cla
mor fit maxim⁹ de morte margariton
crudelit⁹ int̄fecti. Thelamonius aūt tro
ianos potent⁹ insequit⁹. Sȝ paris uiri
lit⁹ eos defendit nec nō ex filij alij naturales
priami. nō tā in tātū ī viribꝫ preualuerūt
eoꝝ qui troiani coacti ceperūt fugā ac
ciuitatē intrassent eoꝝ et corpus mar
gariton ad ciuitatē mortuū detulerūt.
Quē ut mortuū hector audiuit multo
dolore torquet⁹ diligent⁹ querit quis eū int̄
fecit quē Achillem fuisse relatū ē ei.
Tunc hector qui furibundus ī ira ligna

Fr̄ naturalis hectoris q quasi p Achil lem fuit mor tuus.

Furore quinquedia duct⁹ hector morte fr̄is naturalis duos magnos duces Achil lis int̄fecit ipso.

callide absq; Regis priami iussu bellū i grecos
q statī in furore suo duos magnos duces
int̄fecit. Eropholum .s. et ducē Bolidonium.
Grecos demū uiriliter ipetit diruit uulnat
q occidit quē g̃ra illico cognouerūt ī hectorib
ientibꝫ ensis sui. q a facie ei⁹ aufugiūt. Gre
cos inuadit q potent⁹ ipos expugnat. Grea
nō polidamā capiūt q captū educē cona
bant⁹ a bello. Sȝ hector ipm̄ liberat q duce
tes euz in suis uiribꝫ int̄fecit. Quod dum
iussu inspexisset quidā grecoꝝ maxim⁹ admi
rat⁹ noīe leochides in hectorē; irruit nec
tamē pēcius eū. Sȝ hector totus excādescēs
ī iram ī ipm̄ irruit q ī furore ire sue int̄
fecit eūdem. Achilles nō ut uidit hectorē
tot nobiles grecoꝝ q ī finitos morti sic ne
loce⁹ tradidisse suo cepit ī aīo q nisi
eū uelocit⁹ morti traderet nūq̄ g̃ra ad usus
Troyanos potūt preualere diligent⁹ scru
tat⁹ est ī suē mētis archiuo quali ī ꝯnen
uoluntate ei⁹ ualeat pficere et cōplere q dū
meditaret⁹ Achilles diligent⁹ ī hijs q poli
tenes dux q ab Achillis amore ī grecoꝝ sub
sidium se contulerit periris casū quandam
sororē Achillis ducē in uxorē. q ut ī supio
ribꝫ dicit⁹ ualde diues aduenerat. dū int̄
turmas hectori obuiasset. hector ī ipꝫ ir
ruens int̄fecit eūdē. Achille uidente Achil
les aūt in hectorē furibundus irruit uidi

Int̄ficit leochides ad miraturꝰ g̃ coꝝ ab hec tore

Int̄ficit̄ politenes ab hectore

eorum plebeios necat intendens. Sed Hector quo-
dam iaculo, cuius ferrum erat in eius acumine val-
de sectivum, vibrante violenter in Achillem, eundem
ipsum percussisset in inguine grave sibi vulnus
inflixit. Achilles autem a bello vulneratus egre-
ditur, set vulnere sibi ligato reddit ad bellum
eo proposito, ut Hectorem morti tradat, etiam
si cum morte contingat. Hector vero interim in
quendam Grecorum regem irruerat, ipsum cepit et
captum conabatur a turmis extrahere potuisse,
cum pectus suum discopertum tunc gerebat
in bello scuti defensione privatum. Et Achilles
dum percipit Hectorem, cum pectus suum scuti sub-
sidium non habere, accepta quadam lancea val-
de grossa et forti, non advertente Hectore, eidem
subito velociter aggreditur, in Hectorem irruit,
ipsum letaliter vulneravit in pectore, sic quod eum
mortuum deiecit ab equo. Nec non Odemon
statim ut vidit Hectorem mortuum, Achillem
aggreditur, ipsum ab equo deiecit et letaliter
vulneravit, sic quod sui Mirmidones eum
quasi mortuum ad sua deducunt in scuto. Tro-
iani vero, qui devicti campum deserunt, ci-
vitatem intrant, in qua corpus Hectoris mor-
tuum Grecis non resistentibus detulerunt.

Adicitur.

Nota Achilles ab equo [illegible] Odemon.

Liber xxii de sepulcro Hectoris et de Palamide Gre-
corum imperium assumente. Rubrica.

Mortuo igitur Hectore et in civitatem
Troie eius corpore introducto, ploratus
fit maximus universaliter inter cives. Non enim
est aliquis civium qui maluisset filium morti
tradere pro vita Hectoris, si hec fata vel deorum pro-
visio salubriter statuissent. Mulieres quoque Tro-
iane tam virgines quam matrone in earum do-
mibus satis lugubres dies ducunt et in quibus
earum clamoribus flebiles producunt voces suas,
dicentes se amodo cum earum filiis et maritis in
dubitatione respirare non posse, cum Hectore
eis deficiente defecit earum firma securitas,
que ab insidiis hostium eas faciebat respi-
rare securas, cum et earum hostes soliti in earum
et maritorum earum venerunt insidiis vel eas et eos
interceperant et occidant, vel ut eas et earum
liberos perpetue adiciant servituti, et sic itaque
flent et doloris angustiis longis diebus
continue vacaverunt. Corpus autem Hectoris
universi reges et nobiles qui erant in Troia
ad regis Priami regiam scissis vestibus
et nudatis capitibus in maximo ululatu de-
ferunt et deponunt. Quod postquam vidit Priamus,
ineffabili dolore concutitur. Super corpus Hec-
toris sepius intermoritur, quod sibi per brevia
momenta sepius accidisset, nisi fuisset sepius
a corpore Hectoris violenter abstractus,
et proinde sine dubio mortis exitum incurris-
set. Sic et dolentes fratres eius eodem dolore cum
universali torquebantur, cum prius mori quam
vivere potius affectarent. Quid dicetur ergo